

Appendix. — Europa Nro. 21.

Regnum Mortuorum.

Dialogus politicus Mortuorum.

In Elisio 26. Februarii 1806.

Gustavo Magno fueramus Pergama quondam; ¹
 Bis sexto Carolo tulerant quid inania bella?
 Quid sumus? heu fateor! quod vane pugnaveramus;
 Cur nunc pugnamus? — Nescio; Rex ne sciet?

Manes Loquentes.

Gustavus Vasa — Kellgren.

Kellgren. Omnes oporteret contra Albionem consurgere — omnes inimici esse.

Gustavus. Et cur etiam Svecia?

Kellgren. Omnes antea erant hostes Galliae, etiam Svecia, sed pugna ad Nemenum convertit omnes, solam Sveciam non.

Gustavus. Sublimis Majorum virtus, vetus Patriae gloria! adesto meis!

Kellgren. Haec quidem adhuc vivit, sed mox dispergetur!

Gustavus. Quomodo?

Kellgren. Garantia pacis Vestphalicae cumprimis nostram prae caeteris distinxit patriam; erant adhuc reliquiae veteris gloriae, licet nunc amplius nihil in his fundare possimus. Potens Dominator Sveciae, nos unica sumus potentia, quae hactenus semper felicia bella gessit, et semper perdidit, semperque minor evasit. Gustavus Magnus pugnavit propter Christum, Carolus 12, ut Alexandrum Magnum assequatur, tandem ad medietatem peninsulae Scandinaviae restricti, adhuc inspiravimus garantiam Germaniae, sed transformata Germania, etiam hoc jam cessavit.

Gustavus. Bone Deus, multa nobis dedisti, sed plus adhuc ademisti!

Kellgren. Pomeraniam, hoc exiguum signum factorum nostrorum in terra Germaniae, occupavit hostis. Russi, contra quos in omnibus bellis, quae contra Turcas gesserant, peccavimus, invaserunt jam Finlandiam; et nos nullum Amicum, nullum Protectorem in continente invocare possumus.

Kellgren. Ita quidem esse deberet, ast hodie cursus Politicæ est purum ænigma.

Gustavus. Ego hac super retantisper meditabor; spero enim repentinam omnium mutationem, quæ nunc frequentissime evenit; interim recedam in vicinum lucum, et sub umbra viridis arboris legam Ephemerides (Ambo ergo recesserunt, et Kellgren legit sequentia)

Petropoli 3. Februarii. Anno priori Petropoli, et Corona evectæ sunt merces in valore 28,945,545 Rubellarum; invectæ autem 15,303,483 Rub. Angli invexerant 4,386,400 R. evexerant autem 11,794,404. Rub. Advenerant ia hos Portus 857. naves, quas inter erant 440 anglicæ, 122. Svecicæ; 82. americanæ; 68. danicæ; 31. Subeccenses, et 2. Hamburgenses.

Mosconia vero scribitur 20. Januarii: Comes Alexius *Orlov*, ille idem, qui condam classem turcicam ad *Coshestme* combusserat; morte occubuisse. Ipso die, quo solenniter tumulo illatus erat, advenit Decurio *Isotoff*; senectio Octogenarius, qui ex evidentissimo vitæ periculo olim comitem liberavit, et jam ultra 30 annos, in ejusdem domo, benevolentiaque vixit; comparuitque insperatus in sala, ubi corpus comitis expositum erat. Erat indutus veste uniformi, quam olim gestabat; deferebatque monetam meritum, quam aquisivit; et licet prae senio vix graderetur, tumbam denati heri, et benefactoris per gradus deportari juvit, alius eum ab hoc removeere incassum conantibus. Tumba currui imposita, inter amarissimas lachrimas in aeternitatem abeunti Comiti supremum vale dicens, de eo unice dolebat, quod Dominum suum supervixerit. Affectus hic videtur vehementer penetrasse multum jam enervatum corpus; ad tumbam Comitis in deliquium incidit, et post aliquot minuta exspiravit. Substantia, quam comes hic reliquit, 5 millionibus Rubellarum in parato aestimatur, praeter 32000 colonorum; hujus ingentis substantiae universalis haeres est unica ejusdem filia.

Parisiis. Ephemerides germanicæ circumstantialem exhibent descriptionem solennitatis, qua Legatus Gallicus *Caulaincourt* Petropoli exceptus fuerat; sed et tota urbs Parisina testis est peculiaris distinctionis, quæ Comiti *Tolstoi* Legato Russiae exhibita est, ex quo utraque hæc magna natio cum solatio deducere potest magnitudinem amicitiae, et venerationis duarum harum nationum adinvicem, in qua una alteram antecellere vult. Idem Comes *Tolstoi* Imperatorem frequentissime ad venationem comitatur, quæ prima distractionum ejusdem est. Dum idem legatus ad mensam Imperatoris invitatur, locus eidem ad dextram Imperantis assignatur.

Gustavus. Mirabiles rerum vices! Metropolis Russiae stat in fundo condam Svecico. Quantum *Promemoria!* quanti gressus ad nostri dissolutionem!

Kellgren. Etiam Dania, haec regio nobis antehac inimica, motus contra nos facit. Nos confidimus soli Angliae, quae maribus dominatur, ast in Continente nec gressum impune facere audet; et immensa Russia est nobis vicina, quomodo victoriae navales Anglorum contra Invasionem Russorum in Finnam nos protegere poterunt? Desolationes Anorum 1700 et 1741 in magno hocce Ducatu factae, sunt adhuc in recenti memoria. Ante mensem Majum non possunt naues in mare balticum penetrare, et ubi sunt jam tunc Russi?

Gustavus. Sapientissima semper fuit Sveciae Politica, ut semet Galliae adjungat.

Kellgren. Ita est; Gallia fuit optima nobis amica, etiam illa actae, dum necdum tantum, ac nunc in omnem Europam habuit influxum. Verum recte hoc tempore, quo illa nos salvare posset, placuit Divinae providentiae Regem nostrum ad inimicitias contra Galliam provocare; hae sunt arcanae providentiae destinationes. Forte si Svecia in ultimo bello semet Galliae adjunxisset, et exercitum ex Finlandia versus limites Russiae praemisisset, res longe aliter cessurae erant; Forte magnum pondus ad Politicae bilanciem posuissemus; Forte amissas terras nostras recuperassemus? — Sed tempora haec instar avis evolarunt, et sors tristis impendet Patriae nostrae.

Gustavus. Plurimum ego fido Finnis, primo huic populo, qui se ab extremo septemtrionali angulo ad Siberiam usque, et mare Caspium extendit.

Kellgren. Ast haec regio propemodum omnis paret Russis. Hic advertendum censeo, Finnos suam propriam linguam habere, quae linguae Hungarorum affinis est, qui haud dubie una horum populorum tribus erat. Sed quid potest una talis provincia contra ingentem Russiam? unde non assequor, cui principio moderna Sveciae Politica innitatur; Hafnia enim haec 16. Februarii scribuntur. — In literis, Helsingora de 14. hujus scriptis, dicitur, post reditum nuncii danici, quem Minister Holmiam miserat, confirmatur relatio de ingressu Russorum in Finlandiam, in quas regiones, quibus hostis imminet, militia cum celeritate devecta fuit; quod item 3000 militum hannoveranorum Gottenburgum adveneriat, quos mox plures secuturæ sunt legiones.

Gustavus. Sed nec ipsis Danis potest res esse grata, si Russi procul in Sveciam penetrent; nam secus venient eis in vicinitatem, ubi tamen Sveci semper adhuc chariores vicini eis esse debent, quam Russi.

Kellgren. Ita quidem esse deberet, ast hodie cursus Pelliciae est purum aenigma.

Gustavus. Ego hac super retantisper meditabor; spero 1770 repentinam omnium mutationem, quae nunc frequentissime evenit; interim recedam in vicinum lucum, et sub umbra viridis arboris legam Ephemerides (Ambo ergo recesserunt, et Kellgren legit sequentia)

Petropoli 3. Februarii. Anno priori Petropoli, et Corona evectae sunt merces in valore 28,045,545 Rubellarum; invectae autem 15,303,483 Rub. Angli invexerant 4,286,400 Rub. evexerant autem 11,794,404. Rub. Advenerant ia hos Portus 857. naves, quas inter erant 440 anglicae, 122. Svecicae; 82. americanae; 68. danicae; 31. Subeccenses, et 2. Hamburgenses.

Moscovia vero scribitur 20. Januarii: Comes Alexius *Orlov*, ille idem, qui condam classem turcicam ad *Cshesme* combusserat; morte occubuisse. Ipso die, quo solenniter tumultu illatus erat, advenit Decurio *Isotoff*; senecio Octogenarius, qui ex evidentissimo vitae periculo olim comitem liberavit, et jam ultra 30 annos, in ejusdem domo, benevolentiaque vixit; comparuitque insperatus in sala, ubi corpus comitis expositum erat. Erat indutus veste uniformi, quam olim gestabat; deferebatque monetam meritorum, quam aquisivit; et licet prae senio vix graderetur, tumbam denati heri, et benefactoris per gradus deportari juvit, alius eum ab hoc remove incassum conantibus. Tumba currui imposita, inter amarissimas lachrimas in aeternitatem abeunti Comiti supremum vale dicens, de eo unice dolebat, quod Dominum suum supervixerit. Affectus hic videtur vehementer penetrasse multum jam enervatum corpus; ad tumbam Comitis in deliquium incidit, et post aliquot minuta exspiravit. Substantia, quam comes hic reliquit, 5 millionibus Rubellarum in parato aestimatur, praeter 32000 colonorum; hujus ingentis substantiae universalis haeres est unica ejusdem filia.

Parisiis. Ephemerides germanicae circumstantialem exhibent descriptionem solennitatis, qua Legatus Gallicus *Caulaincourt* Petropoli exceptus fuerat; sed et tota urbs Parisina testis est peculiaris distinctionis, quae Comiti *Tolstoi* Legato Russiae exhibita est, ex quo utraque haec magna natio cum solatio deducere potest magnitudinem amicitiae, et venerationis duarum harum nationum adinvicem, in qua una alteram antecellere vult. Idem Comes *Tolstoi* Imperatorem frequentissime ad venationem comitatur, quae prima distractionum ejusdem est. Dum idem leaetus ad mensam Imperatoris invitatur, locus eidem ad dextram Imperantis assignatur.

Biographia.

Gustavus Vasa. Rex Sveciae, filius Erii Vasa Ducis Grifsholmensis, natus 12. Maii 1400. Christianus II. Rex Daniae, qui A. 1518 Sveciam occupavit, eundem Hafniae in captivitate detinuit, sed Gustavus reperit media, e captivitate semet liberandi. Christiano propter crudelitatem suam Svecia pulso, Anno 1521. Gustavus Vasa primum gubernator Sveciae nominatus, sed 12. Junii 1523 prope *Upsal* Rex proclamatus. Is induxerat in regnum religionem lutheranam, quam ob causam varios tumultus et seditiones sufferre, multosque Episcopos regno pellere debuit. In comitiis Mesterasensibus 13. Januarii 1544 coronam Sveciae sibi haereditariam effecit; obiit 29. Septembris 1560. Erat is Avus Gustavi Adolphi.

Kellgren. Joannes Henricus, Secretarius Sveciae Regis, et Commembrum Accademiae Svecicae. Natus in Gothia occidentali, studuit ad Universitatem Abo; et vixit qua Informator Holmiae, donec Bibliopola *Holmberg* in elaborandis certis scriptis periodicis, *Stockholms Posten* dictis, cum in societatem assumpsisset, cujus operis valorem idem per gratam scribendi rationem saepius elevavit, saepius autem per apertam nimis bilis effusionem depressit. Qua poeta communem tulit adprobationem, et Rex utebatur opera ejus in dramatis suis in versus transferendis. Maximum ejus meritum, qua scriptoris, erat ingeniositas, seu acuti ingenii partus, quam tamen animi virtutem ad vitia magnis, quam ad virtutes applicuit, ideo Scripta ipsius religioni, et moralitati periculosa sunt. Etiam character ejus moralis habebat diversas maculas, quarum maxima fuit invidia. Plerique Litterati Sveciae habebant eum pro bilioso, aut rectius vindictae studioso scriptore, et Despotam, qui talenta sua periculo Justitiae exercuit. Postremis vitae annis fecit collectionem suorum scriptorum, in quam tantum illa assumpsit, quae post mortem suam sibi honori futura judicabat, quae etiam eum ejusdem effigie prodiverunt. Obit 20. Aprilis Anno 1795, aetatis 44.

Vita inter magnos eventus.

Ab annis 18. plures magni eventus sibi non abrupta serie successerunt, quam antea per saecula, seu a tempore Caroli Magni ad praesentem usque aetatem nostram. Talis vita videtur mihi navi similis, quae ex una tempestate in aliam jactatur, et in fine cujusvis tempestatei gratulantur sibi nautae, se integra pelle periculum evitasse. Ast tempestates sunt frequentes, solatium omne est admodum breve, ac ideo sperant, se tandem portum assecuturos — Bone Deus, adhuc dum fluctuant in alto mari. — Et nostra vita est in hac navi!